



**Chronologiæ Veteris Testamenti Accvratvm Examen  
Augustiſimæ, Invictissimæq[ue] Domui Austriacæ  
Dicatvm**

**Philippi, Henricus**

**Coloniae Agrippinae, 1637**

5. Vnde 7. hebdomades ante Pentecosten fuerint supputandæ. v.15.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64340](#)

sur 8. dies  
azymorū.

morum numerare liceat, si nimis singuli dies vñci ciuili ab ortu solis am? mano more à noctis medio putentur. Sic enim pars vltima diei 14. & priora vigesimæ primæ ad sex dies interie?tos accedunt & 8. dies conficiunt, quo quando Iosephus & Rupertus annumerat. Hac autem ciuili computatione dies decimaquarta vocatur prima azymorum: tametsi titu legali, quo à pententi vespera dies festi inire censembarunt, septem diebus præcisè azyma bantur, quem numerum cum sacra Scriptura diserte ponit Iosephus; Ac & sic prima dies azymorum erat decimaquinta Nisan.

Qui sex  
dies azymo-  
rum nu-  
merentur.

4. Quomodo verò sex tantum dies azymorum notantur Deuter. 16.  
Respondebit fortè quispiam id intelligendum suppuratione terminorum clusiua, sive primo, & vltimo dierum excluso. Verum genuina istius loci genitrix est, ibi ex professo non numerari omnes azymorum dies, sed eos qui solemnitatem azymorum vñci concludentem præcedebant, ut verbū præ se ferunt, Sex diebus comedes azyma, & in die septima, quia collecta Domini est, non facies opus. q.d. prius sex diebus azyma comedes, quam festum col vacando à laboribus celebres. Simili sensu anni Patriarcharum numeratur Gen. 5. non totius vite, sed ijs solum, quos ante filios ibi recensitos vixerunt. Vixitq; Jared contul septuaginta duobus annis, & genuit Henoch. Eudem loquendū vñlupant 70. Seniores Exodi 12.v.6. vbi Hebreus & Latinus septem signat, illi vero sex dies comedite azyma, die verò septima solemnitas Domini. Sele explicant & cum Latino ac Hebreo subdunt: 23. quia vbi de rota tñ. 1. 1.

Dies 7. a.  
azymorum de  
terminati.

5. Addit Tostatus Levit. 23. q. 7. dies azymorum ita fuisse à momento definitos, ut si quis die 14. duabus horis ante soles occasum comedere incepisset, potuerit per legem die 21. totidem horis antequam cumberet vesci fermentatis. Mihi autem non videtur azymorum terminus ius liber arbitrio relictus fuisse, sed absolute lex vetuisse, ne quis ante solem die 21. fermentato vteretur. Nam & ipse Abulensis sub fine q. 23. dicit istam esse regulam generalem obseruandi omnia festa, vt obseruantur à soles occasu ad soles occasum. Sicut ergo ibi fatetur Hebreum pecuniam fuisse, qui panem die decima septimi mensis ante soles occubuit commissa peccasset, qui die 21. primi mensis ante soles occasum fermentatio volvumpisset.

XXII. LEVIT. v. 15.

Tostus P. 1. Numerabitis ergo à die sabbati, in quo obtulisti manipulum primitiarum (hoc die secunda azymorum), qua fax in segetem mittebatur Deuter. 16.v.9. hebdomadas (puta dierum) plenas, usque ad alteram diem expletions hebdomadae, id est, quinquaginta dies, hoc est, usque ad eam diem, quæ proxime expletæ hebdomadi septimæ, quo temporis spatio dies 50. continentur.

perius hunc versiculam interpretatus sum, Exodi 19, q. *Quando lex data sit cum authoribus ibi citatis, præsertim §. communis. & à die 16. Nisan usque ad Pentecosten inclusis viximque terminis 50. dies computauit.*

2. Sunt tamen qui licet fateantur primò menses fuisse lunares, atque adeo al. *Obiectio-*  
*tenis vñibus 2. & 30. dierum numero absolutos, secundo, à die oblationis ma-*  
*nipuli sive decimæ sexta Nisan inclusuè, ex multorum sententia dies 50. usq; ad*  
*Pentecosten suppaturi, eam que ad sextam diem Siuan referri: licet, inquam hec*  
*duo fateantur; malum nihilominus diem oblationis manipuli ab hoc dierum*  
*numero excludere & festū Pentecostes in septimā tertij mensis transferre. Ita*  
*Bonfrerius in hunc locū, præuijs Seratio & Lorino, qui suā opinionē probant*  
*1. Pentecoste eo anno, quo passus est Christus, & S. Iesus S. Apostolis datus in-*  
*cidit in Dominicā casura alias in diem sabbati, si sabbato manipulus fuisset ele-*  
*uatus & celebrata secunda dies azymorum. 2. Authoritate Iosephi, qui 3. Antiq.*  
*cap. 10. non dicit à die oblationis manipuli, sed post hunc diē, 50. dies usque ad Pente-*  
*costen suppaturi. Addit Bonfrerius non esse, quod contra se vrgeat, nisi cōmu-*  
*nem & præsumptam opinionem multorum, quod Pentecoste in diem sextam*  
*Siuan incidere debuerit, sed eam ex Iudeorum non antiquorum Calendarijs*  
*deriuatam, ac proinde apud se exiguæ authoritatis esse.*

3. Venum enim uero, ut ab hoc ultimo incipiām; vñdecumq; deriuata sit i-  
*sta opinio, quam communem facetur, ei subscrubunt virtu authoritate præstan-*  
*tes, quernon nullios laudauit Exodi 19, v. 16. num. 3. & reuera ex ipso sacro*  
*textu probabilissimè deducitur. Versiculus iste 15 Leui. 23. omniū consensu in-*  
*cludit terminum ad quem horum 50. dierum, pura diem illam, quæ proximè*  
*cōpletas septē hebdomadas excipit, ergo & terminū à quo, sive diē oblati ma-*  
*nipuli cōplete sit. Nam sine causa ambiguitas aut varia terminorum acceptio,*  
*in vno et eodemq; verborū cōtexu & periodo non prolixia, excogitari nō debet:*  
*quod tamē fieret, si cōtra cōmunem sententiam terminus à quo hic descriptus*  
*exclusuè terminus ad quē inclusuè sumendus esset. Hic igitur terminus uterq;*  
*includitur, nēpe dies oblati manipuli, & dies Pentecostes, sicut inclusis termi-*  
*nis sumi debet ea comminatio, de qua Exodi 12, v. 15. Quicunq; comederit fermentum*  
*peribit anima illa de Israel, à primo die, usque ad diem septimum.*

4. Iosephus quidem non dicit ab hac die oblationis manipuli, sed quod pluris  
*faciendum est, id aperre Scriptura assertit, à die sabbati sive festi, in quo oblati*  
*manipulum. Neq; Iosephus scriptis post hanc diem, sed *μετὰ ταῦτην τὴν λοτιὰν*, post*  
*hoc sacrificium, oblationem scilicet manipuli & holocaustum agni cum mani-*  
*pulo immolati. Hoc autem non impedit, quo minus dies sacrificij includatur,*  
*sicut dies mortis Christi includitur, cum dicitur tertio post mortem die resur-*  
*rexiisse.*

P.  
Philippi

Chronologia  
Testamenti

A. IV

17

Vnde sup-  
plicentur  
so. dies Pē-  
tacostes.

5. De aduentu Spiritus sancti vide dicta. Act. 2. Interim memineris tholicos & graues authores reperiri, qui velint diem, quo Spiritus S. Apollinis datus est fuisse Pentecosten non Iudæorum sed Christianorum, et Christi anastasis est dies quinquagesima terminis inclusis, sicut Hebrei Pentecoste à die eleuationis manipuli computatur. Deinde alios esse, quodant Iudæos, eo anno quo Spiritum S. acceperunt Apostoli, non seruariariam à Paschate ad Pentecosten dierum suppurationem. Denique non esse qui censeant Iudæos, saltem aliquos, ex anno primam azymorum sibi celebrasse, quo Christi corpus erat in sepulchro: sic illorum Iudæorum festa in Dominicam veniebat. Vide Petavium lib. 12. de die quo Christum Pascha celebrauit.

## XXIII. LEVIT. v. 21.

Festū Pen-  
tacostes &  
rat unius.  
annū disi.

1. Et vocabitis hunc diem celeberrimum. Pura Pentecosten, quæ vniuersitate celebratur, puta sexta mensis tertij, ut fert communis authorum sententia Genebrardum in Calendario, qui plures ei dies, atque adeo ordinatib. Genebrardo fauet author histor. Scholast. & Tullus Crispinus Acta, ut refert hoc loco Bonfrerius, & bene addit, eos qui plures dies certati Pentecostes consecrant nullum fundamentum, vel ex Scriptura, vel sepho solidum habere. Idem notat hic Lorinus v. 15, Salianus anno numer. 426, & confirmat ex Philone lib. de Decalogo sub finem, ut duas tantum solemnitates septem diebus celebrari solitas, alteram in autumno alteram. Idem pro concessione sumit Ribera lib. 5. de Tempore Tostatus hic q. 16, Cornelius Exodi 19. v. 11. & alibi, aliquae sacrorum codicibus interpres dum agunt de Pentecoste. Torniellus an. m. 2545, num. 24. die bula mensis Siuan.

## XXIII. LEVIT. v. 24.

Festū Tu-  
barum.  
Dna. illius bis.  
causa.

1. Mense septimo, prima die mensis, erit vobis sabbatum. memoriale clangor. Traditio est etiam à Christianis recepta, hac die ne manu paternarum laretur, liberatum Isaac, & hoc festum in illius rei memoriam institutum. Hebrei in suis Chronicis & Calendarijs. Genebradius, Torniellus, Simeon Tostatus hic q. 18. Cornelius, Menochius, Vincentius lib. 2. hist. cap. 43. que interpres tum in hanc locum, tum Gen. 12. Addunt nonnulli vi Cilius & Lorinus hic aliam huius festi causam, ut nimirum Israëlitæ periclitantes à Deo deprecarentur, & inopinatis casibus eriperentur, perinde agnitus fuerat.

Alia causa.

2. Bonfrerio magis placet hoc festum idcirco statutum fuisse, quod primus dies mensis septimi, cum numerus septenarius sacer & mytilus beatus. Deinde, quod plura hoc mense festa, quam alio quolibet celebra-

verputa Tabarum; Expiationis, Scenopegiæ, Collectæ: quæ præniūm Buccinæ  
suum merebantur. Addit potius videtur hoc festum agi solitum in commemo-  
rationem Ierichuntini excidi sub primum in Terram promissionis ingressum  
facti. Iosue 6. v. 16. Quicquid sit, nolim hinc memoriam Isaaci exclusam, quæ  
Hebreos ad pia vota facile incitatbat, ut à mortis inopinatae periculis diuina  
protectione eriperentur.

## XXIII. LEVIT. v. 43.

*P*rodiscant pueri vestris, quod in tabernaculis habitare facerim filios Israhel, cum educeremus <sup>Causa Festi</sup>  
*et* de terra Aegypti, subaudi per annos 40. Hinc apparet festum tabernaculorum <sup>Scenopegiæ</sup>  
instauratum fuisse, ut Hebrei memores peregrinationis suorum auorum in de-  
serto, grates Deo agerent, quod in terra promissionis fixa haberent domicilia,  
in quibus oporta quiete frui licet, si in officio permanerent. Bene tamen Me-  
nochius & alij in hunc locum aduertunt, hoc festum etiam idcirco decreatum,  
ut Deo gratias agerentur pro frugibus roto anno collectis, ut insinuat Exodi  
23. v. 16. & Num. 29. v. 12. Quod valde mihi probabile videtur, sicut & illud <sup>Festi Exod.</sup>  
quod multi tradunt, scilicet festum Expiationis celebratum fuisse, tum ut He-  
brei sua peccata expirarent, ut notatur Levit. 16. v. 30. tum iiii memoriam ac-  
cepit nuncius quo Moyses cum secundis tabulis ad diem 10. mensis septimi, po-  
pulo significauit Deum plenè veniam induluisse peccati, quod adorato vitulo ad-  
missum fuerat. Duplicem autem festalicium causam assignare, minime absur-  
dum videtur debet, ut patet ex ijs, quæ iam v. 24. afferebam. Sicut & festum Penitentia-  
testes agebatur non solum ut Deo solempnes frugum primitiae offerrentur, <sup>Festos.</sup>  
sed etiam in memoriam datae legis. Quidam huius posterioris causæ mentio-  
nem in scriptura non reperieramus.

## CAPVT XXV. LEVIT. v. 4.

1. *S*eptimo autem anno sabbatum erit terra. Quæstio hic moueri solet, utrum  
amense Nisan, initium duxerint anni sabbatici, an vero à Tisri. Eadem <sup>Initium</sup>  
autem ratio est libilæorum, quos Abulensis hic question. 8. non tam docet, <sup>anno Sab-</sup>  
quam supponit à Nisan computandos fuisse. Eos nihilominus à Tisri ex legis  
præscripto inijsse constans est Hebreorum traditio, quam & plerique Catho-  
licorum admittunt. Burgensis Exodi 12. addit. 1. Pererius lib. 1. in Genesim cum  
agere tempore creationis mundi, Serarius Iosue 13. question. 17. Caietanus,  
Cornelius, Lorinus, Menochius in cap. 25. Levit, Bonferrarius Exodi 23. vers.  
12. Torniellus ad an. m. 2584. numer. 5. Salianus an. m. 2544. num. 6 81. Rutilius  
Benzonius de libilæo lib. 1. cap. 1. Accedunt Scaliger. libr. 5. Emend. temp. cap.

Cc 3

de

p.  
Philippi

Chronologia  
Testamenti

A IV

17